



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Tertio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

cepta interire & labefactari, adeo, vt ne sit quidem qui vel cogitet vel p
pendat q̄ propinquus vel admotus sit mansuetudini & placabilitati, &
impletioni huius p̄cepti diuini. Quū tamen deus non dixerit, qui hęc
opera fecerit, sed qui p̄cepta sua seruauerit, in regnū cœlorū in iuraturū.
Postquā ergo nemo mortalī in terris uiuit cui non deus subornet de
monitatorē proprię ipsius irę & malitię, hoc est hostem & aduersariū
eius, eum in opibus, dignitate, honore, & amicis offendētē, ita probās
an adhuc ibi sit ira reliqua, an possit inimicū diligere, bene de eo loqui,
bene de eo mereri, ei benefacere, nihil mali contra eum cogitans. Nunc
accedat interrogans, quid sibi faciendum sit vt bona opera faciat, vt deo
grata, sic sibi salutaria, Proponat sibi hostē suum, habeat eum perpetuo
in imagine & oculo cordis sui, in hunc vsū, vt ita seipsum vincat, cor
suum alluesciens, amice de eo cogitare, ei optima queq̄ fauere, pro eo
curare & orare, de inde vbi occasio & tempus fuerit, bene de eo etiā lo
qui, sed & bene ei facere. Probet hoc quisquis velit. Nisi enim inueniat
satis quod omnibus diebus vitę suę agat, mendaciū me coarguat, & di
cat hunc sermonem falsum fuisse. Deo autē hoc ita volente, neq̄ aliam
solutionem admittēte & exigente, quid obsecro prodest nos alijs mag
nis operibus occupari, hisq̄ non p̄ceptis, & hęc non relinquere? Deo
dicit Mathei. x. Ego autē dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus
erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo Racha (hoc est qui abominabile,
iratum, & immane signū dat) reus erit consilio. Qui autē dixerit faue,
hoc est, omniūga conuicia, detestationes, detractiones, execrationes, reus
erit gehennę ignis. Vbi autē manet violenta iniectio manuum vt ferire,
percutere, vulnerare, occidere, damnum inferre, si cogitationes & verba
irę tam grauiter damnata sunt.

TERTIO.

¶ Vbi autem interior cordis est mansuetudo & suauitas, miseret cor
hominis omnium calamitatum quę hosti suo accidunt. Et huiusmodi *Inimici dē*
sunt veri & filij & heredes dei, & fratres Christi, qui pro nobis omnibus *ligendi.*
sic fecit in sancta Cruce. Ita videmus a probo iudice cum dolore ferri
sententiā i reum & noxium, & egre illi esse mortem huic a iure institiā.
Hic est species in opere, tanq̄ sit ira, indignatio, & inclementia. Adeo
intime bona est mansuetudo, vt etiam sub eiusmodi iratis operibus ma
neat. Imo acerrime & viuacissime in corde eum scaturit quā do sic irasci
& feruitatem exercere cogitur. Attamen hic nobis cauendū est, ne sim⁹ *Ceuēda mā*
mansueti & placabiles, contra dei gloriam & p̄cepta. Scriptū est em̄, *suetudo con*
Mosen mitissimum omnium fuisse mortalium, & tamen quum Iudei *tra dei p̄cē*
vituli aurei adoratione deum prouocassent & commouissent, multos *cepta.*
eorum ab ipso interemptos, & ita deum ab eo reconciliaum. Sic non

deceat magistratus & superiores feriari, & pari peccata regnare, & interim tacere. Meas opes, meum honorem, meam iacturam & damnium contemnere debeo, neque si quid his accidit aduersi ob id irasci. Sed dei gloriam, honorem, & precepta, atque ad eum etiam proximi nostri damnum & iniuriam oportet nos auertere, cauere, & propulsare, magistratus & superiores ultro gladio, reliquos vero hoc est priuatos, verbis & increpatione. Et tamen haec omnia deceat fieri cum commiseratione erga eos qui supplicium meruerunt. Hoc enim sublime, pulchrum & suauis opus, se se patitur facile addisci, si in ipsum in fide faciamus, & eam in hoc exerceamus. Nam fide in gratia & fauore dei non dubitante, se habere propitium & elementem deum, erit ipsi quae facile, etiam proximo suo se propitium & fauorabilem prestare, quantumlibet ab eo grauiter sit offensus. Nos enim longe grauius & atrocius deum offendimus. Ecce quae breuiter preceptum est hoc, sed longa & magna exercitatio honorum operum & fidei, in hoc proposita est.

DE SEXTO PRAECEPTO. NON SIS ADULTER.

Sextum praecceptum.
Non mecha-
beria.

In hoc quoque praeccepto bonum opus praecipitur, multa complectens, & multa vitia propulsans, idque vocatur Pudicitia vel castitas, de qua multa sunt scripta, praedicata, & admodum omnibus cognita. Nisi quod non tam bene obseruatur, & exerceatur, ut fit in reliquis operibus non praecceptis. Adeo parati sumus omnes facere quod non est praecceptum, & omittere quod est praecceptum. Cernimus mundum esse plenum turpium operum, impudicitiae, impudicum verborum, fabularum, & canicularum. Ad haec augetur indies irritatio immoderatione cibi & potus ocio & nimio cultu. Et tamen interim pergitur quasi essemus Christiani, quod templum ingressi, nostras orationes, ieiunia, & ferias absoluiimus. Quibus modis rem totam volumus perfectam esse. Quod si non plura opera essent praeccepta quam sola castitas, satis omnes haberemus negotiorum. Adeo periculosum, adeo furibundum hoc vitium est. Furit enim in omnibus membris, in corde cogitationibus, in oculis visu, in auribus auditu, in ore verbis, in manibus, pedibus & toto corpore ipso opere. Ad haec omnia edomanda opus est labore & fatione. Ita docent nos praeccepta dei, quam magna sint, & quam vere & sinceriter huiusmodi bona opera. Imo impossibile esse ex nostris viribus bonum aliquod cogitare, ut incipiamus vel incipere vel perficere. Dicit enim sanctus Augustinus, inter omnes pugnas Christianorum pugnam castitatis esse maximam, tantum ob id quod quotidie fit sine intermissione & cessatione, & quod castitas raro superat. Hoc enim omnes sancti sunt cons-

Augustini
sententia.
Pugna casti-
tatis maxima.